3. et etiam 1. corint. 3. aliquis dixerat ad commendationem suam. Et ideo dicit. Ier. infra. 10. Non enim qui seipsum commendat te. Sed hoc dicimus propter utilitatem vestram. Quasi dicat. Namus vobis occasionem gloriam id est materiam gloriam. Pseudo enim per elationem gloriantur dicentes se fuisse doctos ab apostolo. qui fuerunt a domino scilicet a petro & iacobo qui erant columnae fidei. derribentes in hoc apostolo qualiter non fuerit cum domino Iesu & volentes eius doctrinam defruere. At ergo & in Corinthi haberent in quo gloriantur contra ipsos pseudo scilicet de gratia apostoli data & vi eos repellant & non secundum eis. ideo dicit hoc. Unde subdit. Ne habeatis ad eos id est contra eos vel ad eos reprimendos quid possitis dicere. Ad eos dico. qui in facie gloriantur et non in corde. Quod tripliciter exponit. Primo sic. In facie gloriantur id est interioribus obseruantis legalitatem. quod ad litteram docebat sermone legalia. Et non in corde id est in virtute Christi que est in corde. quod in spiritualibus sicut apostolus qui in virtute crucis Christi dicebat. Vnde autem absit gloriam nisi. Item in facie gloriantur id est in conspectu hominis sicut hypocrite faciunt. et non in corde id est in testimonio conscientie. sicut apostolus. Unde dicit. Gloria nostra hec est te. Et in facie gloriantur. quia aliqua pretendebat exterius quod tam non ita sentiebat interius in corde scilicet & dicebat se doctos ab apostolis. & sequentur eorum doctrinas quam nescierant destruere. Potest ergo qualiter apostolus in docendo proximorum salutem procurabat. Sequitur videtur quoniam ipsis salutem procurabat etiam in modo doceendi. Unde dicit. Siue enim mente te. Quod exponit tripliciter. Uno modo sic. ut apostolus dicat se excedere quando lequitur eis commendando se sobrium esse quando loquitur de commendatione propria. Siue hoc dicit. Vocatus modo doceamus. vel est honor dei. vel utilitas primi. quia si excedimus mensura id est commendamus nos. deo scilicet est id est ad honorem dei vel de seruando iudicio dei siue sobrium sumus id est non alista dicamus de nobis. Hoc est vobis id est ad utilitatem vestram. Sed aliter & est magis litteralis sensus. Vnde quod vobis occasionem gloriantur pro nobis. qui nos in omnibus quae facimus & etiam in modo faciendo intendimus bonum vestrum. Unde sciendum est quod apostoli sunt modi inter deum & populum. Deutero. 5. Ego sequenter & medium fui te. Operabatur ergo & hauriebat a deo quod effundebat populo. Et ideo necessarium erat quod sancti eleverant se per contemplationem in deum ad percipiendum celestia. quod sancti conformarent se populo ad tradendū quod a deo percepserant. & hoc totū in eorum utilitate cedebat. Et ideo dicit. Siue enim excedimus mensuram. id est eleverant ad hoc & percipiamus dona gratiarum & hoc ut deo scilicet vniuersum quod fit per excessum temporalem. Ps. Ego dixi in excessu meo. Domine. Est enim extasim faciens diuinum amorem te. Siue sobrium sumus id est comensuramus nos vobis tradendo diuinam preceptam. Hoc est vobis. id est ad utilitatem vestram. Sobrietas enim id est quod commendatur. Hoc enim in grecis id est quod mensura. Nec sobrietas non opponit ebrietati que est de vino quod ad bellum trahit in terra. sed oportet ebrietati que est a spiritu sancto qui rapit hominem ad diuinam de qua dicit Cant. 5. Bibite amici & inebriamini carissimi. Nam illa leticia est propter utilitatem proximi. sed hec ebrietas est propter amorem dei. Huiusmodi autem descensus signatus est per descensum angelorum per scalam quam vidit Jacob. Gen. 28. Job. 1. Videbitis celum apertum te. Consecuteretur cum dicit. Caritas autem Christi te. Subiungit apostolus causas premissae sollicitudinis. que quidem est caritas Christi. Circa hoc autem duo facit. Primo ostendit se virginitate caritatis Christi ad proquirandam salutem proximorum. Secundo ostendit vnde de provocet caritas Christi in ipso ibi. Stimulantes hoc te. Dicit ergo. Dico & siue excedimus deo siue sobrium sumus vobis

in epistolam II. ad Corinthios. v.

est ad utilitatem vestram. Et huius causa est, quia caritas Christi viger nos ad hoc. Et dicitur viger quia viger in deo est quod stimulare. Quasi dicat. Caritas Christi quasi stimulus stimulat nos ad faciendum ea que caritas imperat ut scilicet pacem et salutem proximorum. Hic est effectus caritatis. Rom. 8. Qui spiritu dei agimus id est agitamus te. Corint. 8. Lampades eius ut lampades ignis te. Unde autem proueniat iste stimulus caritatis ostendit consequenter subdiles. Estis matres hoc quoniam si unus te. Et primo assignat rationes huius. Secundum exponit ibi. Et pro omnibus mortuus est te. Dicit ergo. Dico quod oia pro vobis facimus quod viger nos caritas Christi, quia estimamus quod si unus scilicet Christus pro omnibus mortuus est: quod enim nos ita vivamus id est ad utilitatem vestram quod etiam nobis mortui simus id est nihil curremus de nobis sed de Christo et de his que Christi sunt. Et hoc est quod dicit Si unus te. Rom. 5. Comendat deus suam caritatem in nobis te. I. Petri. 2. Christus passus est pro nobis te. Quod ergo inferit. Ergo omnes mortui sunt. exponit tribus modis. Primo ut dicat omnes mortui sunt morte peccati in adam. Non enim esset necessarium quod Christus pro omnibus mortuis resurrexerit nisi omnes mortui fuissent morte peccati in adam. I. Corinth. 15. Sicut in adam omnes te. Secundo ut dicat. Omnes mortui sunt scilicet veteri vite. Christus enim mortuus est ad velenda peccata. Ergo ois debent mori veteri vite. scilicet peccata et vivere vita iusticie. Rom. 6. Quod enim mortuus est peccato te, ita et vos estimate vos mortuus est te. Tercio et magis litteraliter. Ergo mortui sunt omnes id est ita debet se quilibet reparare ac si esset mortuus sibi ipsi. Col. 3. Mortui estis te. Et hunc modum expónit consueverunt enim dicens. Pro omnibus mortuus est Christus. I. John. 2. Mortuus est et vivus Christus. Unde subdit. Ut qui vivit feliciter vita naturali, tam non sibi vivat id est non propter seipsum et propter bonum suum tantum. sed ei qui pro ipso mortuus est et resurrexit secundum Christum, id est tota vita sua ordinat ad servitium et honorum Christi. Gal. 2. Quo ego iam non ego te. Eccl. 29. Gratia fidelisoris tui ne oblitus caris te. Et hoc ratio est quia unusquisque operas sumit regulam operis sui a fine. Unde si Christus est finis vite nostre vitam nostram debemus regularē non fin voluntate nostram sed fin voluntate Christi. Sic enim et Christus dicebat. John. 6. Descendi de celo non ut facerem voluntatem meam te. Nota autem quod duo dicitur scilicet mortuus est Christus et quod resurrexit pro nobis. ubi duo exiguntur a nobis. Quia enim mortuus est pro nobis et nos debemus mori nobis in Christis id est pro Christo abnegare nosipos. Unde dicebat. Luke. 9. Qui vult venire post me abneget semetipsum te. Quia vero Christus resurrexit pro nobis et nos debemus ita mori peccato et veteri vite et nobisipsum, et tamen resurgamus ad nouam vitam Christi. Rom. 6. Quoniam Christus surrexit a mortuis per gloriam patris ita et nos in nouitate te. Et propter hoc dominus non dixit solum abnegare semetipsum et tollat crucem suam, sed addidit et sequitur me scilicet in nouitate vite proficiens in virtutibus eius. Ita de virtute in virtute te.

Lectio quarta.

Itaque nos ex hoc neminez nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum non nouimus: Si qua ergo in Christo noua creatura vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua.

Posito quomodo sancti preparant se ad susceptionem glorie celestis placendo deo et proficiendo proximo, hic consequenter ostendit quomodo preparant se ad hoc idem abdicando a se carnalē affectu. Et circa hoc tria facit. Primum ponit abdicationē carnalis affectus. Secundo excludit

instantiam, ibi. Et si cognouimus te. Tercio concludit intentum, ibi. Si qua ergo in Christo te. Dicit ergo prius. Ex quo ergo adeo certi sumus de gloria eterna. Ita quod nos ex hoc neminez secundum carnem nouimus. ubi nota quod secundum carnem est quedam determinatio, et potest duplicitas exponi: secundum et duplicitate constructione fieri potest. Un modo ut ly secundum carnem construatur cum hoc accusari non nemine, et sic exponit glo. Reminemur secundum carnem, id est carnaliter viuentem approbamus. Ex quo enim quilibet debet mori: non approbamus eum qui carnaliter viuit. Et hoc modo accipit caro. Rom. 8. Quos autem in carne non esisti te. Alio modo neminez secundum carnem, id est fini carnales legis obseruantias viuentem nouimus, id est apostolus probamus: et hoc modo accipit caro. Phil. 3. Qui consistunt in carne, id est in carnalibus legis obseruantibus te. Tercio neminez secundum carnem, id est secundum carnis corruptionem nouimus, id est reputamus. Licet enim fideles adhuc carnem corruptibile gerant tamen in spe tam habent corpus incorruptibile. Unde non reputant se secundum et modo carnem corruptibile habentes sed secundum et habituri sunt corpus incorruptibile. Hoc modo accipit caro. I. Corinth. 15. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Alio modo potest construi ut ly secundum carnem construatur cum hoc verbo non nouimus. Et sic est sensus. Dico quod ex quo non debemus nobis vivere sed ei qui pro nobis mortuus est, itaque nos ex hoc neminez secundum carnem nouimus, id est non sequimur in aliquo carnalē affectum nec aliquaez hoc modo reputamus. Et hoc modo accipit illud Deut. 32. Quia dixerit patri suo et matre nescio vos te. Et sic ly secundum carnem reflectur ad cognoscēt, sed in prima expositō referebatur ad cognitū. Quia vero aliquis posset dare instantiam de Christo quod saltē cognouisset eum secundum carnem, ideo consuequeretur hoc removere dicens. Quod si cognouimus te. Circa quod sciendū est et manicheus adducebat verba ista pro fini fulcimentū sui erroris. Ideo enim dicebat Christum non habuisse verū corpus, nec fuisse ex semine David natū. Et sic Augustus dicit in libro contra faustum. Si quis contra eum allegaret verbū apostoli ad Rom. 1. Qui factus est ei ex mente dāuid secundum carnem, et illud. I. Thess. 3. Et manifeste magnum est pietatis sacramētū quod manifestatū est in carne te. I. Thess. 2. Memor esto dominū Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David te. Respondebat et apostolus aliquādo fuerat huius opinionis scilicet quod fuisse ex semine David et quod verū corpus habuisset: sed postea hanc opinionē mutauit et corrixit se hic. Unde dicebat. Et si cognouimus secundum carnem Christum id est si fuerimus aliquādo huius opinionis quod Christus habuisset veram carnem, sed nūc tam non nouimus id est modo mutauimus illā opinionē et non credimus ita. Quod quidē duplicitate improbat. Alii gusti, primo quia de eo quod falso putauimus nullus dicit nouimus sed opinamur. Cū ergo apostolus statuerit hic hoc verbo cognovimus? videretur quod non aliquādo falso putauerit. Secundo quia supra apostolus dicit. Reminemur nouimus secundum carnem. Si ergo verū esset quod dicit Manicheus apostolus nullū cognoscet habere verū corpus, quod est falsum. Et ergo falsū quod manicheus dicit. Et ideo aliter est exponendū secundum veritatem et duplicitatem. Unus modo ut sumat hic caro pro corruptione carnis. I. Corinth. 15. Caro et sanguis te. Et tunc est sensus. Et si cognovimus aliter quando Christus secundum carnem id est habere eū carnem corruptibile ante passionem, sed nūc iam non nouimus scilicet eū habere carnem incorruptibilem, quod Rom. 6. dicitur Christus resurgens ex mortuis tam non moritur te. Alio modo secundum glo. ut ly si aliquādo secundum carnem Christi cognouimus referratur ad statu pauli ante conuersione ad Christum. Quod vero sequit se nūc iam non nouimus, referatur ad statum

Explanatio sancti Thome

etius post conversionem. Et sic est sensus. Et ego et talis iudei infideles aliquando idest ante conversionem meam cognovimus xpm secundum carnem. id est secundum carnaliter opinati sumus de xpo scz eum esse tantum hominem et qd venit tantum ad carnales obseruantias legis. sed iam id est postquam conversum sum non nouimus. id est hec opinio cessavit. Nammo credo qd sit verus densus et qd non sit colendus per carnales obseruantias. Unde dicebat Gal. 5. Si circumcidimini xpus nibil vobis pderit. Potest et aliter exponi: vt hoc quod dicit et si cognovimus te. dicat apostolus in persona omnium apostolorum xpi: et sic videtur respondere ultime expostio huius quod dicitur neminem cognovimus. Unde sciendum est qd Augustinus illud. Job. 16. Expediit vobis vt ego vadam. Ubi ratio domini ad hoc subdit. si enim non abiens paraclytus non veniet ad vos. Dicit qd hoc ideo erat quia discipuli carnaliter amantes xpm afficiebantur ad ipsum sicut carnalis homo ad carnale amicum. et sic non poterant elevari ad spirituali dilectionem que etiam pro parte multa facit patri. Ut ergo radicaretur in eis affectus spiritualis qui est a spiritu sancto et cessaret carnalis: dixit eis dominus. Pater vobis tecum. Hoc ergo apostolus in persona omnium filiorum ulorū cōmemorans dixit. Et si cognovimus id est si adhucamus xpo aliquando scz quād nobiscum erat presentia corporali secundum carnem. id est secundum carnalē effectum sed iam non noui id est iam iste affectus cessavit a nobis per spiritum sanctum qui datus est nobis. Consequenter cum dicit. Si qua ligat in xpo tecum. Ex premissis concludit quendam effectum esse consecutum scz nouitatis in mundo. et ideo dicit. Si qua ligatur. id est si aliqua in xpo. id est in fide xpi. vel per xpm noua creatura est facta Gal. 5. In xpo Iesu neq; prepucium neq; crucifixum tecum. Ubi notandum qd innovatio per gratiam dicit creatura. Creatio enim est motus ex nihilo ad esse. Est autem duplex esse: nature et esse gratiae. Prima creatio facta fuit qua creature ex nihilo producte sunt a deo in esse nature. et tunc creatura erat noua. sed tamen pro peccatis inueterata est. Tren. 5. Autem statim fecit pelle meam tecum. Oportuit ergo esse nouam creationem per quam producerent in esse gratiae. que quod creatio est ex nihilo. quia qui gratia careret nihil sunt. 1. cor. 13. Si nouerim mysteria omnia tecum. caritate autem non habebam tecum. Job. 18. Habitab in tabernaculo illius socij eius qui non est. id est peccati. Aug. Peccatum est nihil nisi et non habet finis homines cum peccant. Et si pater et infuso gracie est quedam creatio. Si ergo aliqua creatura facta est noua per ipsum: vetera transferunt ei. Hoc quidem sumptum est. Le ultimo. 26. ubi dicit Moses superuenientibus vetera p̄ijecit. Et quo si argumentari. Si omnia noua facta sunt et secundum legem nouis superuenientibus vetera sunt p̄ijecienda ergo si qua creatura est: vetera transferunt ei. id est transire debet ab eo. vetera autem que transire debet sunt legalia. Ro. 7. Serviamus in nouitate spiritus. et non in vestiture littere. Item errores gentilium. Esa. 26. Vetus error abit. Item corruptioēs peccati. Rom. 6. Vetus homo noster tecum. Quibus quidem in nobis transfectibus virtutes contrarie his vicijs debent in nobis innoveri. Apoc. 21. Et dixit qui sedebat in trono. Ecce noua facio oia.

Lectio quinta.

Onus autem ex deo qui nos reconciliavit sibi per xpm: et dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem deus erat in xpo mundo reconciliatus sibi. non reputans illis delicta ipsorum. et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro xpo ergo legatione fungimur tam-

qd deo exhortante per nos. Obscuramus pro xpo: reconciliamini deo. Eum qui non novet peccatum pro nobis peccatum fecit: ut nos efficeremur iusticia dei in ipso.

Postquam apostolus in superioribz tractauit de premio sancto et de preparatioē ad susceptionem eius: hic conseq̄ter agit de causa virtutis. Et circa hoc tria facit. quia primo ostendit auctorū omnium predictorū esse deum. Secundo cōmemorat beneficium a xpo collatum. ibi. Qui reconciliavit tecum. Tercio beneficium vnum. ibi. Pro xpo ergo legatione tecum. Dicit ergo. Dixi qd intendimus salutem proximoꝝ et vetera transferunt. sed hec omnia sunt nobis ex deo patre. vel ex deo auctore. Rom. 11. Ex ipso et in ipso per ipsum sunt omnia Iaco. 1. Omne datum optimū tecum. Sequitur beneficium suscepit a deo ibi. Qui reconciliavit tecum. Ubi primo ponit ipsum beneficium collatum. Secundo exponit ibi. Quoniam quidem deus tecum. Cōmemorat autem duplex beneficium per xpm collatum. Unus commune. aliud speciale. Commune quidem toti mundo scz reconciliacionis ad deum. et hoc est quod dicit. Qui scz deus pater reconciliavit. id est pacificavit nos sibi et hoc per xpm. id est per incarnationem verbi. Homines enim erant inimici dei propter peccatum. xpus autem hanc inimicitiam abstulit de medio: satisfaciens pro peccato. Et fecit concordiam. Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius sive que in celis tecum. Et ideo dicit. per xpm. Rom. 5. Reconciliati sumus deo per mortem tecum. Speciale autem beneficium est apostolis collatum scz qd ipsi sunt ministri huius reconciliationis. Unde dicit. Et dedit nobis aplis vicarii xpi ministerium huius reconciliationis. Supradicto. tercio Ministros nos elegit tecum. ps. Superstant mōtes id est apostoli pacem populo scz a domino. Consequenter cum dicit. Quoniam quidem tecum. Exponit quod dicit. primo primū. Secundo secundū. ibi. Posuit in nobis tecum. Dicit ergo. Dico qd deus reconciliavit nos sibi. et hoc modo. Inimicitiem enim inter deum et hominem erant propter peccatum. vi dicitur est. secundum illud Esa. 59. Peccata vestra diuiserunt tecum destruxit ergo peccato per mortem xpi. inimicitie ita solute sunt. Et hoc est quod dicit. Quoniam quidem deus erat in xpo per unitatem esentie. Job. 14. Ego in parte et pater in me est. Tel deus erat in xpo per xpm mundum sibi reconcilians. Ro. 5. Reconciliati sumus deo tecum. Et hoc non reputans illis delicta ipsorum. id est non habens in memoriis illorum delicta tam actualia qd originalia ad puniendum: pro quibus xpus plene satisfecit. Et secundum hoc ostendit nos reconciliasse sibi in quantum non imputat delicta nostra nobis. ps. Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum. Consequenter cum dicit. Et posuit in nobis tecum. Et posuit secundum scz de beneficio aplis collato. Quasi dicit. Hoc modo dedit nobis ministerium reconciliationis quia posuit in nobis verbum reconciliationis. id est dedit virtutem et inspiravit in cordibus nostris ut annunciemus misericordiam hanc reconciliationem esse factam per xpm. Et hoc faciendo inducimus homines ut conformemur xpo per baptismum. Je. 1. Ecce dedi verba mea tecum. Consequenter cum dicit. Pro xpo ergo legatione tecum. Ostendit vnum beneficium et primo qd tam ad secundum beneficium collatum apostolis. Secundo qd tam ad primū collatum omnibus. ibi. Obscuramus pro xpo tecum. Dicit ergo. Ex quo deus posuit verbum reconciliationis debemus eo vitam. Et hoc est ergo qd fungimur legatione pro xpo id est sumus legati xpi. Ephe. 6. Pro quo legatione fungimur in cathena ista tecum. Et ydoneitas ad hanc legationem est nobis ex virtute dei que est in me. Et ideo dicit. Tunc deo exhortare per nos: quia deus qui in nobis loquitur dat nobis ydoneitatē ad hanc legationem. Matth. 10. Ben vos estis qui loquimini tecum. Intra. 13. An expes-

in epistolam II ad Corinthis. VI

rimentum queritis eius qui in me est. Consequenter cum dicit. Obsecramus te. Subdit quantum ad vnum per mi beneficii. Et primum inducit ad vsum. Secundo ostendit unde assit nobis facilitas ad ipsum vsum ibi. Cum enim qui te dicit ergo. Ex quo deus fecit reconciliatio nos et nos sumus legati dei in hoc obsecramus te. Blan de alioquitur cum posset imperare. 2. Tertio. ultimum. Argue. obsecra. incipa te. Ad phile. Porestatem habens imperandi te. Obsecramus in qua p. christo id est ppter amorem christi reconciliantem deo. Adietur autem hoc esse contrarium ei quod dicit deus reconciliavit nos sibi. Si ergo ipse reconciliavit quid necesse est ut nos reconciliemur. Nam enim reconciliati sumus. Ad hoc dicendum quod deus reconciliavit nos sibi ut causa efficiens scz ex parte sua. sed ut sit nobis meritoria potest etiam quod fiat reconciliatio ex parte nostra. Et hoc quidem fit in baptismo et in penitentia. et tunc cestiamus a peccatis. Unde autem assit nobis huiusmodi facultas reconciliandi deo ostendit ex hoc scz quod dedit nobis potestatem iuste vivendi quod possimus abstineat a peccatis. et hoc faciendo reconciliamur deo. Et ideo dicit. Eum qui non te. Quasi dicat. Bene potestis reconciliari. quia deus scilicet pater eum scilicet christus qui non nouerat peccatum. 1. Pe. 2. Qui peccatus non fecit te. Jo. 8. Quis ex vobis arguet me te. Tertio nobis fecit peccatus. Quod tripliciter exponit. Uno modo quia confuetudo veteris legis est vi sacrificium pro peccato peccatum nominet. Osee. 4. Peccata populi mei comedunt id est oblatia vel sacrificium p. peccato. Tunc est sensus. Fecit peccatum id est fecit eum assumere carnem mortalem et passibilem. Tertio modo quia aliquando dicitur hoc vel illud non quia sit sed quia opinantur homines ita esse. Et tunc est sensus. Fecit peccatum id est fecit eum reputari peccatores. Esa. 53. Cum iniquis reputatus est. Et hoc quidem fecit ut nos efficeremur iusticia id est ut nos qui peccatores sumus efficeremur non solum iustissima ipsa iustitia id est iustificaremur a deo; vel iustitia quia non solum nos iustificatur; sed etiam volunt per nos aliis iustificarentur. Iustitia dico dei non nostra. Et in christo id est per christum. Vel aliter ut ipse christus dicitur iustitia. Et tunc est sensus. ut nos efficeremur iustitia id est in hereremur christo per amorem fidem: qui christus est ipsa iustitia. Dicit autem dei ut excludatur iusticiam hominis que est qua homo confidit de propria meritis. Ro. 3. Ignorantes dei iusticiam te. In ipso scz xpo id est p. christum. quod ipse factus est nobis iustitia. 1. corin. 1.

Incipit capitulum sextum

Adiuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. ait enim tempore accepto exaudiui te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dicitur es salutis. Nemini dantes ullam offensionem ut non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros. In multa patientia. in tribulationibus. in necessitatibus. in angusti-

is. in plagiis. in carceribus. in seditionibus. in laboribus. in vigilijs. in jejunis.

Supra apostolus commendauit ministerium apostolatus hic consequenter ipsum ministerium sibi commissum ad utilitas tem subditorum exequit. Et circa hoc duo facit. Primohortat eos in generali ad omnia quae communiter sunt necessaria ad bonam vitam. Secundohortat eos de quodam specie sacerdotio fieri sancti in iherusalem. et hoc octauo ca ibi. Notum autem vobis facimur fratres te. Circa pmum aut duo facit. Primohortat eos ad bona presentia. Secundo commendat eos de bonis in tertio factis. et hoc septimo capitulo: Has igitur habentes. pmissiones te. Circa pmum tria facit. Primohortat in generali quod gratia dei non vitant in vanum. Secundo ostendit gratiam dei eis esse collatam ibi. At enim tempore accepto te. Tertio docet eos in speciali modum videnti dicta gratia ibi. Nemini dantes ullam offensionem te. Dicit ergo primo. Ex quo facultas adest nobis ad bene orandum et hoc est gratia dei. nos autem ad hoc per christum fungimur. Ideo adiuuantes nos scz predicationibus exemplis et exhortationibus. puer. 18. Frater quod adiunxit a fratre te. Vel adiuuantes scz deum. 1. corin. 3. Adiuentes dei sumus. Sed protra. Esa. 40. Quis adiuuit spiritum domini te. Non ergo bene dicit. Adiuuantes deum. Amissio. et iuuare deum potest intelligi vel ei vires ministrare ad aliquod agendum et sic nullus iuuat deum nec iuuare potest. Vel eius mandatum exequi: et sic sancti hoiles deum iuuare dicunt exequendo eius mandata. Nos inquit sic iuuantes hortamus vos. Ro. 12. Qui exhortat te. Hoc scz exhortamur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Quasi dicat. Ne receptio gratie sit vobis inutilis et vacua. Quod tune continet quodam ex perceptione gratie quis non sentit fructus. Qui quidem duplex est scz remissio peccatorum. Esa. 27. Hic est omnis fructus te. Et ut homo iuste vnde do pueniat ad gloriam celestem. Ro. 6. Habetis fructum vestrum te. Quia cuius ergo gratia recepta non vitat ad vitandum peccata et consequendum vitam eternam: hic gratia dei in vanum recipit p. 7. Non in vacuum cucurri te. Et ne aliquis dubitaret de receptione huius gratiae a deo. ideo consequenter aplius probat eos iam recepisse gratiam hanc vel parata habere ad recipiendum dicens. At enim tempore te. Et circa hoc duo facit. Primo inducit auctoritatem prophetae. Secundo indicat adaptat ad p. positum ibi. Ecce nunc tempus te. Dicit ergo primo. Dico et parentis vos ad fructuose precepimus gratiam quod vobis est collata vel parata. At enim dominus per Esa. 49. Tempore accepto te. Circa quod sciendi est quod dominus dicit facere nobis gratiam vel exaudiendo nos in peccationibus nostris. vel iuuando in operationibus nostris. sed exaudit et recipit quod petimus. Tac. 1. Si quis indiget sapientia postulet te. Aduiuat ut perficiam quod operamur. p. Nisi quod dominus adiuuit me te. Et hec duplex est gratia pueniant scz et coquans vel subsequens que quidem necessaria est nobis ad obtinendum. Et primo gratia preueniente quam optare debemus ut simus accepti a deo. p. Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Et quantum ad hoc dicit. In tempore accepto id est acceptance et gratificationis. hoc enim accepto fit quod gatis fit. Ro. 4. Beatitudinem hominis cui deus accepto fert iusticiam te. Exaudiui te id est acceptauit te. Vel in tempore accepto id est in tempore gratiae. Et hoc modo gratia preueniens dicitur illa per quam liberamur a peccatis. Gratia vero subsequens dicitur per quam virtutes nobis et perseverantia in bono conseruntur. Secundo necessaria est nobis gratia co-operans et hanc petebat. p. Et misericordia eius subsequatur me te. Et quantum ad hoc dicit: In die salutis adiuui te. Tempus enim ante christum non fuit dies sed